

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Enchiridion controversiarum, quae Augustanae Confesionis Theologis cum Anabaptistis intercedunt

Osiander, Lucas

Witebergae, 1607

Capvt IX.

[urn:nbn:de:bsz:31-116416](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116416)

Respondeo. 1. Conceditur totum argumentum: videlicet, Spiritum Sanctum esse sigillum Electionis nostræ, sed non SOLI motus Spiritus sunt illud. Sigillum & notæ Electorum. 2. Spiritus Sanctus testificationem illam in nobis non operatur modo Enthusiastico, aut Schvvenckfeldiano, sed ad testificationem illam utitur ordinarijs suis medijs, videlicet, verbi prædicatione, eiusdem auditu, Fide, Sacramentis, &c. Quæ omnia (quandoquidem Spiritus Sancti testimonium immediatum non est) oportet simul complecti, neque ea à testificatione Spiritus Sancti secludere.

CAPVT IX.

De Baptismo.

DE Baptismo quoq; Adversarii horrendos & abominandos errores alunt, qui magna ex parte, ex erroribus de Prædestinatione originem trahunt. Quando enim vident, baptizandos esse omnes Christianos: & interim firmum tenent, semel electos, & in gratia Dei constitutos, gratia Dei excidere non amplius posse, mox fingit, sicuti vocatio apud ipsos (sed falso) duplex statuitur, ita etiam duplicem, externum aque, & internū Spiritus Baptismum esse statuendum. Item, non omnes baptizatos verè regenerari. Ex Baptismo suscepto, neminem posse de sua regeneratione & salute esse certum: & huiusmodi. Quæ omnia tanquam crassissimi errores & palpabiles, quibus apertè Adversarii ad Anabaptistarū & Schvvenckfeldianorum castra declinant: proluxa refutatione non egent. Breviter igitur illos errores recensebimus, & antidotum ex Dei verbo adjuungimus.

I. ER

I. ERROR.

Duplicem faciunt Baptifinum Adverfarii, externum Aquæ, & internum Spiritus: quòd Scripturæ contrarium eft.

I. Vbicunq; enim Scriptura de Baptifmo loquitur, non facit duplicem, fed Aquam & Spiritum conjungere folet, non feperare ab invicem.

1. Nifi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, regnum Dei non videbit, Ioan. 3.
2. Ita Paulus appellat Baptifmum, lavacrum regenerationis, & renovationis SPIRITUS SANCTI, Tit. 3.

II. Exprefse loquitur de uno Baptifmo, dicens: Vnum corpus eftis (vos membra fcilicet Ecclefiæ) & unus Spiritus, ficut & vocati eftis, in una fpe vocationis veftræ. Vnus Dominus, una Fides, V N V M BAPTISMA, Ephes. 4.

Contra inferunt Adverfarij.

I. Si unus effet Baptifmus, tum omnes regenerarentur in Baptifmo: fed non omnes regenerantur. Ergo non unus eft Baptifmus.

Refpondeo. 1. Fallacia committitur caufarum, fi de hypocritis loquantur in Minore Adverfarii. Non enim Baptifmus ipfe, fed hypocritis hypocritæ, oblatam gratiam refpicientis eft in caufa, quod hypocritæ non regenerantur. Quemadmodum vinum, ei, qui imbecillitate ftomachi laborat, confert, febricitanti non: neque propterea duplex id ipfum vinum conftituitur, conferens & non conferens ad fanitatem fed idem & idem

R 4 vin

vinum, diversum habet respectum, ratione utentium illo: ita & de Baptismo est judicandum. Quod si (ut solent) Adversarii Minorem ita intelligant, ut sentiant, non tantum hypocritas, sed nec infantes omnes regenerari, negatur minor, & committitur petitio principii: sicuti mox in sequentibus docebitur.

II. De Circumcisione scribit Paulus: Non qui in manifesto Iudæus est, neque qui in manifesto in carne, est Circumcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis, in Spiritu; non litera, Roman. 2. Successit autem Circumcisioni Baptismus. Ideoq; Baptismus etiam erit duplex, Externus & internus.

Respondeo. 1. Principium Adversariorum negatur, illud videlicet, quo putant, de Sacramento Novi Testamenti esse judicandum, ad normam & Analogiam Sacramentorum Veteris Testamenti, quod negatur. Ita enim est de Sacramento judicandum; sicuti sacra Scriptura, & institutionis illorum verba docent: & hæc iudicandi ratio certissima est & tutissima. 2. Non facit Paulus unam & eandem Circumcisionem duplicem, sed reprimit jaclantiam Iudæorum, qui Circumcisionem magnifice jaclabant, interim nihil homine circumciso dignum faciebant. Quemadmodum hodie obijcere possemus, Christiano impie viventi, & dicere: Tu jaclatas te Filium Dei factum esse in Baptismo, & interim te filiis Dei ipso opere non conformas. Nihil ergo sequitur.

II. ERROR.

Afferunt quoque Adversarii, non omnes baptifatos neq; statim in Baptifmo regenerari. Quod falsum est, & sacra Scripturæ contrarium,

I. Quicumque (dicit Paulus) baptifati sumus in Christum Iesum, in mortem ipsius baptizati sumus, Rom. 6.

II. QUICUNQVE IN Christum baptizati estis, Christum induistis, Galar. 3.

III. ERROR.

Statuunt etiam, Baptifmum non conferre gratiam. sed tantum acceptam, gratiam obsignat. Cui affirmato sequentia Scripturæ dicta aduersantur.

I. Deus SALVOS nos fecit per lavacrum Regenerationis, &c. Tit. 3.

II. In diluvio (ait Petrus) octo tantum animæ servatæ sunt, PER AQVAM, QVE ETIAM NOS NVNC SALVOS FACIT, BAPTISMVS, qui figuræ illi respondet, 1. Pet. 3.

III. Christus MVNDAT Ecclesiam, lavacro AQVÆ, in verbo dicit Paulus, Ephes. 5.

Sunt & alij quidam illorum Errores, qui manifeste cum Anabaptistarum erroribus conveniunt. Ne autem unam & eandem rem bis agere oporteat, suo tempore, gratiam largiente Domino, in refutatione Anabaptifini illos errores refutabimus. Potest pius Lector, CLARISSIMIS nunc allegatis dictis Scripturæ contentus esse: ea enim eius sunt firmitatis, ut à nullo

R 5 Adver

Adversariorum, quamvis magno conatu elabefactari queant.

CONCLUSIO.

PRO Conclusionem breviter placuit quasi sub Epilogo, majorem partem Adversariorum Mathæologiæ repetere, quo candidus & pius Lector, quasi in Tabella videat, quid post se relinquat Calviniana Theologia.

I. Si Deus (aiunt) omnes suæ divinæ Omnipotentia nervos intendat; non tamen efficere potest, ut unum & idem corpus in pluribus, quam in uno sit loco.

II. Non vere & realiter de Christo dici posse, quod Homo sit Deus: imo naturam divinam cum humana nihil realiter communicare. Ex quo sequitur, nudum hominem, non Dominum gloriae, pro nobis crucifixum: nudi nos hominis, non Dei, aut Filii Dei sanguine redemptos esse. Væ ergo nolrà redemptioni.

III. Deum absoluto suo Decreto, nullis antecedentibus causis maximam generis humani partem damnationi destinasse.

IV. Deum velle mortem morientis.

V. Deum non dilexisse Mundum, vel impios.

VI. Deum, licet iuramento affirmantem, non loqui serio, quod noluerit mortem morientis.

VII. Chri-